

2
Momentosam exuberantis Lætitiae
Causam

QUÆ

IN SOLEMNI FESTIVITATE

Jubilæi Augustanæ Confes-
sionis Secundi

AB

AUGUSTISSIMO GLORIOSISSIMO QUE
BORUSSIÆ REGE

FRIDERICO
WILHELMO

Domino nostro Clementissimo

INDICTI

In Diem 25. Junii A. O. R. c12 13 ccxxx.

CATHOLICOS INTER ET EVANGELICOS

Diffonas partes

Dolorem miscet & gaudia

Ob purioris fidei binis Seculis asservatam Salutem

Divini Numinis gratiam pariter concelebraturus

Carmine ivit explicatum Heroico

GEORG. NATHANAEL KISTMACHER

Gymnaf. Reg. Carolin. Histor. Civil.

& Poëf. Prof.

S E D I N I,

Typis JOH. FRID. SPIEGELII, Regii Regiminis & Gymnafii Tygographi.



ingitur ista Dies melius, geminoque
reluet

Lumine, Nox ubi contiguis conspecta
tabellis

Oppositum loquitur. Mage splendent alba ligustra
Addita nigranti fusco: ceu informia monstri
Pulchris glutine juncta elevant insignia vultus:
Augmine consimili nostra hæc quoque gaudia Sæcli
Alterius, (quum Vindelico stabilita Senatu
Incorrupta Fides) sibi sumunt pondera, curvæ
Quando spectantur Technæ, perit quibus omne
Cultus divini rectum. Narranda vorago
Et gurges luteæ scrobis, qua mersa jacebat
Nostra Salus fœde chartis abscissa sacratis,
Clarius ut pateat queis sit liberata periclis.
Non secus atque Nives glomeratis nexibus aucti
Accumulant molem, pedetentim voluier ille
Sic globus incepit, tacito quoque serpere gressu,
Cumque patentes provida fraudes prima negarent
Secula, lanigeris pedibus sumfere cothurnos
Atque aptare malis. Abhinc audacior esse
Hæc pullata cohors fuce conamina nigra
Incrustare, suisque dolis lustrare latebras;
Verior ergo inclusa fides his marcuit antris
Et gemitus duxit longos; permisit at istud
Complevisse nefas aliis aliisque malignis
Fraudibus, abdita cunctipotentis sancta voluntas.
Non etenim nescit salubri medicamine lentis
Morbis applicare Diem, opportunaque summum

Tempora Numen. Perrexit mala laxius ergo
Tartarus evomere, & patulos diducere rictus,
Faucibus ut congestos deglutiret avaris
Argenti cumulos consueti pendier ante
Crimina quam fierent, & scelera prisca luebant
Nummi præsentis poenam. Tezelius ipsas
Extendit tandem fraudes has culmine tanto
Ut veniam Noxæ quoque mercarentur aperto
Censu; cum certe posset non foedius isse
Exitium hæc rabies Sacrorum perdita tetro
Quæstu, promeritis tandem constricta catenis
Hem! pudibunda suo fastu est exuta superbo.
Descripsi noctem, qua olim jacuere sepulti
Nostri Majores, nunc decantanda sacratis
Metris lux ea, quæ tenebras pepulisse priores,
Quamque hodie festam celebramus pectore grato.
Luminis oborti hæc veneramur Munera prima
Sub Carolo V. raris portata lacertis
Lutheri, claro qui verbi lumine tactus
Intrepido Papæ diffregit commate Technas,
Cujus & usque stupet series longæva Nepotum
Infraictæ mentis dotes, gratisque cathedris
Festa Dies hodie solemnia thura rependit.
Nec voluit nisi tunc impurum hoc Hercule quodam
Impavido stabulum purgari Summa potestas;
Ingemuere quidem multis jam Secula prisca
Votis has contra fraudes; sed gloria prima
Mansit Lutherum, cui fulmen Lingua, Cor Ætna
Vox tonitru, calamus grando, cui nulla pericla
Incusfere metum, quem nec Wormatia duris

FA
174
145
Terruit immotum verbis; sed qui bene fultus
Innocua causa fertur dixisse animosus: x3304449
Ite rates lætæ, & Lethi contexitæ causam
Ite bonis avibus, tot si vel maxime Dæmon
Sit nactus Socios, quot habet Wormatia tectis
Permultos lateres, non recto tramite pellent
Me subnixum voce Dei, quæ nescia falli.
Maxima næ virtus hic traxit prævia fulcum,
Subfuit alta manus, divinior indice nutus
Affulsit claro, Lux hæc cœlestis adorat
Auxilii signum. Sol verbi clarior exit
Atque serena facit nimium mortalia corda,
Vivacique beat per secula longa decore
O! nos felices omnique ex parte beatos,
Munera quos tangunt nunc lætos talia plene.
Hi sunt Theauri cœlestes: vilius aurum est,
Quod foditur venis, quod præfert regia signa,
Artificisque manus, miro quod fulget honore,
Quodcunque in pretio est aliud vilescit ad illa,
Pondere quæ superant mare, cœlum, atque æthera longe.
Rerum usu istarum quis nos gaudere vetabit
A binis seclis? quas tanquam flumine largo
Ad nos deduxi, fons ò Bonitatis amore
Percussus magno, servans per Secula bina
Atque beans longe nostros hoc sine Penates.
Hæc loquimur memores Deus ò Tua maxima dona
Et bonitate Tua lætamur itemque sonamus
Vocibus & linguis meritas & carmine grates,
Atque Tuæ laudis solemnia Festa subimus
Ponentes aris votivi Thuris honores.
Magne Pater dulcis labor hic cui serviit omnis
Et primo studuit placuisse, tulitque faventes
Nec tardas ad vota auras, Tibi gratia soli
Redditur, æternis vigeat Tua gloria Seclis

DMG 0 DMG 0

no.



Momentofam exuberantis Lætitiaë
Caufam

QUÆ

IN SOLEMNI FESTIVITATE

Jubilæi Auguftanæ Confes-
fionis Secundi

AB

AUGUSTISSIMO GLORIOSISSIMO QUE
BORUSSIAE REGE

DERICO
HELMO

no nostro Clementissimo

INDICTI

diem 25. Junii A. O. R. 1115 CCXXX.

OS INTER ET EVANGELICOS

Diffonas partes

Dolorem miscet & gaudia

dei binis Seculis asservatam Salutem

nis gratiam pariter concelebraturus

mine ivit explicatum Heroico

ATHANAEL KISTMACHER

naf. Reg. Carolin. Histor. Civil.
& Poëf. Prof.

S E D I N I,

SPIEGELII, Regii Regiminis & Gymnafii Tygographi.

